



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

76 Causae beneficiales super beneficijs affectis, vel reservatis in curia  
Romana cognoscuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

iones non sit diffinita, elapso biennio non habet locum appellatio, ut per eandem sacram congreg. *super eo cap. 20.* fuit declaratum, in §. *an hoc decretum quo.*

73 Excipiuntur tamen primò à dicta regula omnes ꝑ causas, quæ juxta canonicas functiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ, vel quas ex urgenti, rationabili quæ causa judicaverit Papa per speciale rescriptum manu sua propria subscribendum committere, aut avocare, ut per concil. Trid. *ead. c. 20 §. ab his excipiantur.*

74 Secundò, quando per ꝑ Breve Apostolicum capitur possessio beneficii, & aliqui volunt illius executionem impedire, tunc etiam in prima instantia potest causa in Romana curia tractari, quia Auditor Cameræ similium causarum est iudex competens: congreg. conc. *super eo. cap. 20. in decis. sub tit. V. l. x. bonen.*

75 Tertiò, ratione celebrati ꝑ contractus, & etiam delicti commissi, quia concilium non tulit modos legitimos, quibus quis ex juris communis dispositione sortitur forum ea. congreg. conc. *super eo. cap. 20. §. congregatio censuit.* ratio enim contractus, vigore obligationis cameralis, si quis in Romana curia obligatur, undecunque veniat, & sit oriundus, sortitur forum

curiæ Romanæ, in qua contractus celebratur. Galel. *in tract. ad form. obligat. cam. ad 3 par. oblig. q. 2. num. 2. & 3.*

76 Quartò excipiuntur ꝑ causas beneficiales, in quibus tractatur de beneficiis affectis, vel reservatis, quæ etiam in Romana curia in prima instantia introducuntur, & cognoscuntur, ut per eandem congregationem *super eod. cap. 20.* fuit decisum, in §. *quod si vel de effectu.* Et quemadmodum beneficia sunt Sedi Apostolicæ reservata, vel affecta, ita quòd inferiores collatores illa conferre non possunt, cum ꝑ reservatio titulum inficiat, & possessionem propter decretum irritans illi annexum. *Pur. decis. 197. lib. 3. num. 3. & Rota decis. 1. num. 6. de restit. spol. in antiquior.* ita nec inferiores causas, in quibus agitur de collatione Apostolica, nisi de partium consensu cognoscere valent, quia apud Sedem Apostolicam, quæ beneficia confert, causa est cognoscenda, & reservatio beneficiorum operatur etiam reservationem causarum quæ sequitur reservationem beneficiorum congregat. concil. *dicto §. quod si,* quia qui unum dicit, & omnia dicit, quæ sequuntur ex illo, *gloss. in cap. quo jure. in ver. dicere, §. dist.*

## DE POTESTATE IURISDICTIONIS DELEGATÆ. Cap. II.

S F M M A R I V M.

1. Iurisdicção delegata est duplex: à jure, vel ab homine.

2. Episcopi vigore delegationis Papa in forma dignum, quomodo beneficia Sedi &

postolica reservata conferant.

3. Mandata de providendo varijs modis olim concedebantur.

4. Mandatum de providendo non habet vim  
A a provi-